



*Q. D. B. V.*



Romanorum Aquæductus, atque hinc enati fontes, quos nominis gens avida magni in æternam sui memoriam immensis sumtibus extrui fecit, omni ævo homines in sui admirationem rapuerunt. Videas enim illic majestatem operum cum arte, & utramque porro cum elegantia atque amœnissima varietate, tum imaginum aquam reddentium, tum figurarum ab ipsa aqua erumpente formarum, velut certare de palma. Si autem hæc artis miracula studiosius expendimus, dubium fere relinquatur magisne ingenium artificum, tot statuas affabre elaborantium, coordinantium, canalesque in illis debita proportione distribuentium, aut generosam indolem gentis, tantum arti utilissimæ pretium statuentis, an vero simplicitatem principii tot tamque diversas machinas animantis, debeamus mirari. Unice enim naturali aquarum lapsui hoc, quicquid est, adscribendum venit. Clarius id nullibi demonstrabitur, quam in Principiorum Hydraulicorum evolutione, quæ speciminis Academici loco nobis sumsimus

F f

ex